



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1494 usque ad annum 1507

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1769

VD18 90118448

§. 63. Germana de Fluxo a Ferdinando Arragonio in sponsam petita.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67025](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67025)

Gallos servaturum, omnem spem abjiciebat. Sæcul. XVI.
A.C. 1504.

§. LXIII.

Germana de Fuxo a Ferdinando Arragonio in Sponsam petita.

Hæ tamen curæ non adeo anxium reddere Ferdinandum, ut ei de secundis nuptiis cogitandi spacium denegarent. Præprimis Joannam Henrici IV. Castellæ Regis, qui Isabellæ, & Lusitanis Infantis frater erat, Filiam selegerat; hæc autem plurimum opinione natalium vitio laborabat, ac tum temporis in sacrarum Virginum Collegio inclusa, nulla tamen Virginitatis sponsione obstricta erat. Nihilominus Ferdinandus potissimum illius nuptias expetebat, ut Regiæ hujus Filis jura in Castellæ regnum, excluso Archiduce, rursus suscitaret. Attamen Emanuel Lusitanis Rex, a cuius nutu hoc connubium dependebat, constanter Ferdinandi votis oblectabatur, veritus, ne belli flammis exinde in Castella suscitatis, & ipse, utpote satis vicinus, iis implicaretur: Ferdinandus spe sua dejectus, animum suum addixit Germanæ Fuxiensi, quæ Joannem de Fuxo Narbonæ Vice-Comitem. & Ludovici XII. Sororium Patrem habuit, Marian. l. 28
n. 72.

Hist. Eccles. Tom. XXXI.

M m ac

Sæcul. XVI. ac tunc nonnisi decimum octavum æta-
A.C. 1504 tis annum agebat: Ferdinandus igitur
 hujus nuptias ambiens, Oratores suos ad
 Ludovicum XII. decrevit, quæsito Iſa-
 bellæ mortem nunciandi obtentu. Rex
 Legatis perbenigne exceptis, dolenter
 mærorem de Reginæ obitu testabatur,
 iisdem vero de Archiduce, ejusque con-
 filiis sermonem inſpergentibus, Rex non
 minus, quam ipſe Ferdinandus adverſari
 videbatur; attamen cum hæc omnia
 minime præcipuum legationis caput re-
 ſpicerent, haud diutius illis immorati,
 ſine ambagibus exponebant, Regem eo-
 rum Dominum nuptias cum Ludovici
 Nepte efflagitare. Rex quidem primo
 tergiverſari, ætatis inæqualitatem cauſa-
 fari, atque obtendere, quod Ferdinandus
 potiori jure ejus Pater quam ſponſus es-
 ſet habendus; tandem vero eorum vo-
 tis acquievit.

§. LXIV.

*Callixtinorum errores in Bo-
hemia.*

*Bosſuet. hiſt.
 de variation.
 tom. 2. in 4.
 lib. II.*

Interim in Bohemia, & Moravia errores
 ſuos ſpargere pergebant Callixtini, ſic
 dicti, quod uſum calicis in ſacra Synaxi
 etiam Laicis omnino neceſſarium trade-
 rent. Hujus Sectæ caput erat Jacobel-
 lus, qui calicem unacum pane admini-
 ſtravit.